Platonis Phedon, sive de Animo, a Leonardo Aretino latine redditum

QUI LAUDANT SANCTITATEM TUAM beatissime pater opus certe bonum ac pium agere pergunt. Sed contra tamen atque ipsi nolunt efficere videntur. Rem enim supra suas vires agressi cum magnitudini eius parem orationem prestare non possint, tantam audientibus illam videri faciunt quantam ipsi verbis queunt referre, cum veritate longe sit maior. Ego autem summas ac veras laudes in ipsis operibus tuis abunde patere arbitror. Nec eloquentia omnino indigere. Qui in summo fastigio rerum summaque licentia constitutus ita salubriter omnia gubernas atque moderaris ut universi homines [illegible]tem ac sanctimoniam tuam magnopere admirentur. Hec enim per se ipsa illustrissima [illegible] ea de causa magis elucent quod exoleuerant iam a seculo nostro. Nec multis annis in ecclesiam dei reduci posse credebantur, que ex te infra paucos menses summa cum providentia videmus reducta. Te enim antistite nihil ambitionis, nihil iniquitatis, nihil omnino sordidis conditur aut cernitur. Tu omnem pompam omnemque indignam potentiam repulisti. Tu non vi nec armis sed iure et legibus valere voluisti. Tu demum dei accepto flagello domum orationis reddidisti. Pro quibus profecto rebus universi fideles esse volunt optare debent te immortalem si natura pateretur fieri, ut oves dominice sub tam optimo pastore diutissime pascerentur. Sed cum inter ceteras tuas laudes doctrina quoque sit omniumque scientia, putavi fore tibi non ingratum si aliquid studiorum meorum in tuo nomine ederem. Itaque rem preciosam et valde luculentam sanctissime ac beatissime pater ad te micto Platonis librum de immortalitate animorum. Nam cum illum apud grecos legerem, utilitatique [illegible]

pie ac ſalubriter dicta intueter digna mihi reſ viſa eſt · quaz
in Latinum conuerterem & maieſtati tue deſtinarem / ut cui aīa
rum cura cellituſ mandata eſt / iſ intelligere poſſit qd ſūmuſ
phuſ de animo ſentiret · Erit igit̄ hic liber vt opinor tibi ui
ro doctiſſimo atq̧ humaniſſimo nō ingratuſ · Ceteriſ uō hoībꝫ
valde utiliſ · tum ad doctrinam & intelligentiaz · tuz ad recte
fidei confirmationem · Neq̧ eīm minima pſ religioniſ eſt
que ad aīaſ nrāſ poſt mortem hoīſ ptinet · Qua in re licet
xpiana doctrina nullo indigiat adiūcto / cū oīa uſq̧ adeo
plena ac firma ſint ut i neminez penituſ · niſi oīno īſipiētez
ulla dubitatio iam cadere poſſit · Tam erit iſta nō mediocriſ
ad recte credendum accumlatio ſi uidebunt hoīem phum
ex oīni gentilitate acutiſſimū ac ſapientiſſimū id idem qd nri
de aīa ſenſiſſe · Quamq̄ nō in hac dūtaxat pte recte atq̧
vere fidei plato conſenſit · Sz in aliyſ multis / ut mime qdez
admirer fuiſſe iam nonullos qui opinarentur hebreoz libroſ hu
ic phō nō fuiſſe incognitoſ / Cernēteſ eīm tantam doctrinam
conuenientiaz nullo pacto ſibi pſuadere poterāt ex pprio ſeſu
platonem illa dixiſſe · Sz aut a yeremia ppha didiciſſe cū
in egiptum profectuſ eſt / Aut in ſacriſ libriſ quoſ ſeptuagita
intpreteſ in grecam linguam tranſtulerunt legiſſe arbitrabant ·
Que & ſi tpr̄um ſuppeditatio non patit · tam ex hoc intelligi pōt
id qd ego nunc oſtendere uolo me · ſ · eum phum ad te mitte
qui a uera religione / cui tu diuino nutu pfect᷒ eſ / ne quaq̄
abhorret · Sz tantam hēt conuenientiā / Vt fundamēta ſnīazū
ſuarū / ex noſtriſ libriſ putetur ſūpſiſſe · Sed iam ſatis
ad interptatioem ipſam accedamuſ ·

IPSE affuiſti o Pheton / ea die qua Socrateſ uenenū
bibit in carcere · An ab alio quodam audiuiſti · Phe-
ton · ipſe o Echecrateſ affui · Echecrateſ · Que ſunt
igitur ea que uir ille / an q̄ moriret locutuſ eſt ·

Et quo pacto decessit vita? perlibenter enim audirem. Nam nec
aliquis Phliasiorum civium frequenter nunc quidem pergit Athenas.
Neque illinc iamdiu quisquam venit qui nobis certum aliquid de
ea re nuntiaret, ut illum potato veneno obiisse. De ceteris vero
nihil sciunt referre. Phedon. Nec iudicium quo audivistis quemad-
modum fuit. Echecrates. Ita nam id quidem nobis retulit aliquis
et admirati profecto sumus quod iam pridem illo peracto diu
postea videatur obiisse. Que fuit causa, o Phedon? Phedon. For-
te id Socrati evenit, o Echecrates. Nam pridie quam iudicaretur
puppis ornata extitit eius navis quam Athenienses mictunt
in Delum. Echecrates. Hoc vero ipsum quid est? Phedon. Hec
est ea navis, ut aiunt Athenienses, in qua Theseus olim bis
septem illos tulit in Cretam, servavitque eos et ipse servatus est.
Apollini quoque voverunt, si servarentur, spectaculum quotannis mit-
tere in Delum. Quod quidem semper ex illo tempore et nunc quoque
singulis faciunt annis. Incipiente igitur spectaculo mos est illis
lustrare urbem neminemque interea publice necare donec
in Delum abeat navis et rursus ex Delo Athenas revertatur.
Hoc autem interdum multum est temporis, cum eos venti susceperint. Initium
vero spectaculi est cum sacerdos Apollinis puppim ornavit. Quod
quidem, ut dixi, pridie quam iudicaretur factum erat. Eadem causa
plurimum temporis fuit Socrates in carcere iudicium inter atque mortem.
Echecrates. Quid igitur circa ipsam mortem, o Phedon? que sunt
ab illo dicta atque facta? et qui ex familiaribus aderant? An
non permittebant magistratus adesse, sed orbatus decessit amicis?
Phe. Nequaquam, sed aderant aliqui et quidem multi. Eche. Hec
igitur omnia para te amabo nobis, nisi quid negotii te impediat,
quam plenissime referre. Phe. Otiosus equidem sum conaborque vobis
narrare. Nam Socratis meminisse et dicendo et audiendo omnium
mihi dulcissimum est. Eche. Hos quoque, o Phedon, qui te audituri sunt
huiusce rei socios habes. Quamobrem conare quantum potes dili-

Colors by Munsell Color Services Lab

inculcare. Antea enim concessimus omne quod uiueret fieri ex mortuis. Si enim prius est animus, et ad uitam proficiscentem, atque intrantem. Constat non aliunde quam ex

No. hic bene.

morte atque interitu proficisci. Necesse est ut maneat post mortem corporis, cum oporteat ipsum ad uitam reuerti. Verum quamuis demonstratum id fuerit, tamen et nunc ut mihi uidetur de eadem re libentissime audiretis. Et forsitan id ueremini, quod pueros terrere solet, ne animus noster cum egrediatur a corpore dissipetur a uento maxime tunc cum magni flatus spirent. Ad hec Cebes surridens tamquam nobis id formidantibus inquit conaris dissuadere. Ymo uero tamquam nobis quidem non formidantibus sed forte est in nobis puer aliquis qui illa pertimescit. Hunc itaque imitamur suadere ne mortem ceu uultus laruarum pertimescat. Oportet inquit Socrates carminibus mederi quoad sanus fiat. Quando igitur o Socrates medebimur. An nunc cum tu decesseris. Per uniuersam inquit greciam o Cebes in qua sunt certe optimi uiri per uniuersas barbaras

No.

nationes perscrutandum est ut cuiusmodi carmina reperiamus neque pecuniis parcentes neque laboribus. Nihil est enim in quo iustius quis studium ponat. Querendum est igitur inter nos ipsos. Nam non facile fortassis reperirentur qui magis comode id posset efficere. Nos uero faciemus inquit Cebes sed nunc unde digressi sumus (si tibi placet) redeamus. Placet inquit Socrates. Nam quid prohibet? Bene tu quidem narras inquit Cebes. Tale igitur inquit Socrates oportet nos aliquid a nobis ipsis percontari cui euenire debeat ut dissipetur, et pro quo sollicitum esse oportet, ne hoc patiatur, et postea illud considerandum est cuiusmodi animus noster sit, et ita ex his confidere aut timere. Recte inquit ais o Socrates. An

Incipit probare animam non dissolui posse.

ergo composito natura conuenit ut diuidatur quatenus compositum est. Ceterum si quid simplex sit ei non conuenit. Videtur mihi ita esse inquit Cebes. Non ne igitur inquit Socrates, que semper eodem modo sunt hec maxime conuenit esse simplicia? Que uero alias aliter sunt et nunquam eodem modo ea certe esse composita. Mihi ita uidetur. Eamus nunc ad illa que superiore disputatione dicta sunt essentia ipsa, cui et interrogando et respondendo hoc uerbum esse attribuimus utrum semper eodem modo est? An alias aliter? ut puta ipsum par, ipsum honestum, ipsum quod unumquodque est. Utrum imitationes recipiunt hec? An semper ipsorum quod uniforme est ipsum secundum se, eodem modo est: nec ullam alterationem recipit. Eodem modo inquit habere necesse est. Quid autem illa plurima homines scilicet et equi et uestes aliaque eiusmodi omnia, siue paria siue pulcra, siue cetera illis sinonoma. Utrum eodem modo sunt? An contra quam illa? nec eodem modo secundum se neque ad inuicem nunquam eodem modo. Ergo hec quidem tangi uideri sensibusque ceteris sentiri queunt. Illa uero que eodem modo sunt, non aliter comprehenderes quam mentis ratione. Cumque inuisibilia nec cerni possunt. Omnino inquit uerum dicis. Vis ergo ponamus duas species rerum unam uisibilium, alteram inuisibilium. Et inuisibilia quidem semper eodem modo esse. Visibilia autem nunquam. Hoc quoque inquit ponamus. Age inquit quicquam aliud nos esse putas quam animum et corpus. Nihil inquit. Utri igitur speciei similius atque cognatius dicimus esse corpus? Visibili inquit ut omnes confiterentur. Quid autem animus uisibilis est? An inuisibilis? Non hominibus inquit o Socrates. Atqui inquit Socrates nos uisibile atque inuisibile natura hominum dicebamus? An alia quidem natura. Hominum inquit. Quid ergo animum uisibilem esse dicimus? An inuisibilem? Non esse uisibilem inquit. Inuisibilem inquit ergo. Ita animus autem inuisibili simi-

reſupinuſ iacuit. Sic enim iuſſerat iſ qui uenenum prebu-
erat. Qui ſimul eum tangenſ paulo poſt conſiderauit
pedeſ et crura deinde uehementer ſtringenſ pedem eiuſ q̄-
ſiuit an ſentiret. Socrate uero negante ruſſuſ ille tibiaſ
preſſit atq; ita aſcendenſ oſtendit nobis frigere iam eaſ
atq; rigere. Ipſe quoq; attigit et ait, cum ad cor puenerit
tunc eſſe deceſſurū. Iam igitur friguerant he parteſ q̄
circa precordia ſunt. cum aperienſ, erat eīm coopertus,
dixitq; extrema fuit uox, O crito inquit Eſculapio gal-
lum debemuſ quem reddite, neq; negligatiſ. fiet inquit
Crito id quod iubeſ. Sed uide an quid aliud uelis.
Hec interroganti nihil reſpondit, ſed paulo poſt commo-
tuſ eſt. Et miniſter eum detexit, atq; ipſe lumina fi-
xit. Quod cum Crito cerneret, ora eiuſ oculoſq;
concepit. Hic finis fuit o, eKeKrateS amici
noſtri uiri ut noſ arbitraremur omnium quoſ experti
ſumuſ optimi et preterea ſapientiſſimi atq; iuſtiſ-
ſimi. EXPLICIT.

LEONARDUS ARETINUS HUNC PL-
ATONIS LIBRUM QUI DICITUR
PHAEDON SIVE DE ANIMO IN
LATINUM ABSOLVIT FELICITER.
AMHN.